

Liber I Samuelis

1:1 fuit uir unus de Ramathaimsophim de monte Ephraim et nomen eius Helcana filius Hieroam filii Heliu filii Thau filii Suph Ephratheus 1:2 et habuit duas uxores nomen uni Anna et nomen secundae Fenenna fueruntque Fenennae filii Annae autem non erant liberi 1:3 et ascendebat uir ille de ciuitate sua statutis diebus ut adoraret et sacrificaret Domino exercituum in Silo erant autem ibi duo filii Heli Ofni et Finees sacerdotes Domini 1:4 uenit ergo dies et immolauit Helcana deditque Fenennae uxori suae et cunctis filiis eius et filiabus partes 1:5 Annae autem dedit partem unam tristis quia Annam diligebat Dominus autem concluderat uuluum eius 1:6 adfligebat quoque eam aemula eius et uehementer angebat in tantum ut exprobraret quod conclusisset Dominus uuluum eius 1:7 sicque faciebat per singulos annos cum redeente tempore ascenderent templum Domini et sic prouocabat eam porro illa flebat et non capiebat cibum 1:8 dixit ergo ei Helcana uir suus Anna cur fles et quare non comedis et quam ob rem adfligitur cor tuum numquid non ego melior sum tibi quam decem filii 1:9 surrexit autem Anna postquam comederat in Silo et biberat et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini 1:10 cum esset amaro animo orauit Dominum flens largiter 1:11 et uotum uouit dicens Domine exercituum si respiciens uideris adflictionem famulae tuae et recordatus mei fueris nec oblitus ancillae tuae dederisque seruae tuae sexum uirilem dabo eum Domino omnes dies uitae eius et nouacula non ascendet super caput eius 1:12 factum est ergo cum illa multiplicaret preces coram Domino ut Heli obseruaret os eius 1:13 porro Anna loquebatur in corde suo tantumque labia illius mouebantur et uox penitus non audiebatur aestimauit igitur eam Heli temulentam 1:14 dixitque ei usquequo ebria eris digere paulisper uinum quo mades 1:15 respondens Anna nequaquam inquit domine mi nam mulier infelix nimis ego

1:1 Now there was a certain man of Ramathaimzophim, of mount Ephraim, and his name was Elkanah, the son of Jeroham, the son of Elihu, the son of Tohu, the son of Zuph, an Ephrathite:

1:2 And he had two wives; the name of the one was Hannah, and the name of the other Peninnah: and Peninnah had children, but Hannah had no children.

1:3 And this man went up out of his city yearly to worship and to sacrifice unto the LORD of hosts in Shiloh. And the two sons of Eli, Hophni and Phinehas, the priests of the LORD, were there.

1:4 And when the time was that Elkanah offered, he gave to Peninnah his wife, and to all her sons and her daughters, portions:

1:5 But unto Hannah he gave a worthy portion; for he loved Hannah: but the LORD had shut up her womb.

1:6 And her adversary also provoked her sore, for to make her fret, because the LORD had shut up her womb.

1:7 And as he did so year by year, when she went up to the house of the LORD, so she provoked her; therefore she wept, and did not eat.

1:8 Then said Elkanah her husband to her, Hannah, why weepest thou? and why eatest thou not? and why is thy heart grieved? am not I better to thee than ten sons?

1:9 So Hannah rose up after they had eaten in Shiloh, and after they had drunk. Now Eli the priest sat upon a seat by a post of the temple of the LORD.

1:10 And she was in bitterness of soul, and prayed unto the LORD, and wept sore.

1:11 And she vowed a vow, and said, O LORD of hosts, if thou wilt indeed look on the affliction of thine handmaid, and remember me, and not forget thine handmaid, but wilt give unto thine handmaid a man child, then I will give him unto the LORD all the days of his life, and there shall no razor come upon his head.

1:12 And it came to pass, as she continued praying before the LORD, that Eli marked her mouth.

1:13 Now Hannah, she spake in her heart; only her lips moved, but her voice was not heard: therefore Eli thought she had been drunken.

1:14 And Eli said unto her, How long wilt thou be drunken? put away thy wine from thee.

1:15 And Hannah answered and said, No, my lord, I am a woman of a sorrowful spirit: I have drunk neither wine nor strong drink, but have poured out my soul before the LORD.

Biblia Sacra Vulgata

1:16 Count not thine handmaid for a daughter of Belial: for out of the abundance of my complaint and grief have I spoken hitherto.

1:17 Then Eli answered and said, Go in peace: and the God of Israel grant thee thy petition that thou hast asked of him.

1:18 And she said, Let thine handmaid find grace in thy sight. So the woman went her way, and did eat, and her countenance was no more sad.

1:19 And they rose up in the morning early, and worshipped before the LORD, and returned, and came to their house to Ramah: and Elkanah knew Hannah his wife; and the LORD remembered her.

1:20 Wherefore it came to pass, when the time was come about after Hannah had conceived, that she bare a son, and called his name Samuel, saying, Because I have asked him of the LORD.

1:21 And the man Elkanah, and all his house, went up to offer unto the LORD the yearly sacrifice, and his vow.

1:22 But Hannah went not up; for she said unto her husband, I will not go up until the child be weaned, and then I will bring him, that he may appear before the LORD, and there abide for ever.

1:23 And Elkanah her husband said unto her, Do what seemeth thee good; tarry until thou have weaned him; only the LORD establish his word. So the woman abode, and gave her son suck until she weaned him.

1:24 And when she had weaned him, she took him up with her, with three bullocks, and one ephah of flour, and a bottle of wine, and brought him unto the house of the LORD in Shiloh: and the child was young.

1:25 And they slew a bullock, and brought the child to Eli.

1:26 And she said, Oh my lord, as thy soul liveth, my lord, I am the woman that stood by thee here, praying unto the LORD.

1:27 For this child I prayed; and the LORD hath given me my petition which I asked of him:

1:28 Therefore also I have lent him to the LORD; as long as he liveth he shall be lent to the LORD. And he worshipped the LORD there.

2:1 And Hannah prayed, and said, My heart rejoiceth in the LORD, mine horn is exalted in the LORD: my mouth is enlarged over mine enemies; because I rejoice in thy salvation.

sum uinumque et omne quod inebriare potest non bibi sed effudi animam meam in conspectu Domini 1:16 ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus Belial quia ex multitudine doloris et maeroris mei locuta sum usque in praesens 1:17 tunc Heli ait ei uade in pace et Deus Israhel det tibi petitionem quam rogasti eum 1:18 et illa dixit utinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis et abiit mulier in uiam suam et comedit uultusque eius non sunt amplius in diuersa mutati 1:19 et surrexerunt mane et adorauerunt coram Domino reuersique sunt et uenerunt in domum suam Ramatha cognouit autem Helcana Annam uxorem suam et recordatus est eius Dominus 1:20 et factum est post circulum dierum concepit Anna et peperit filium uocauitque nomen eius Samuhel eo quod a Domino postulasset eum 1:21 ascendit autem uir Helcana et omnis domus eius ut immolaret Domino hostiam sollemnem et uotum suum 1:22 et Anna non ascendit dixit enim uiro suo non uadam donec ablactetur infans et ducam eum et appareat ante conspectum Domini et maneat ibi iugiter 1:23 et ait ei Helcana uir suus fac quod bonum tibi uidetur et mane donec ablactes eum precorque ut impleat Dominus uerbum suum mansit ergo mulier et lactauit filium suum donec amoueret eum a lacte 1:24 et adduxit eum secum postquam ablactauerat in uitulis tribus et tribus modiis farinae et amphora uini et adduxit eum ad domum Domini in Silo puer autem erat adhuc infantulus 1:25 et immolauerunt uitulum et obtulerunt puerum Heli 1:26 et ait obsecro mi domine uiuit anima tua domine ego sum illa mulier quae steti coram te hic orans Dominum 1:27 pro puero isto orauit et dedit Dominus mihi petitionem meam quam postulauit eum 1:28 idcirco et ego commodauit eum Domino cunctis diebus quibus fuerit accommodatus Domino et adorauerunt ibi Dominum et orauit Anna et ait

2:1 exultauit cor meum in Domino exaltatum est cornu

Liber I Samuelis

meum in Domino dilatatum est os meum super inimicos meos quia laetata sum in salutari tuo 2:2 non est sanctus ut est Dominus neque enim est alius extra te et non est fortis sicut Deus noster 2:3 nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes recedant uetera de ore uestro quoniam Deus scientiarum Dominus est et ipsi praeparantur cogitationes 2:4 arcus fortium superatus est et infirmi accincti sunt robore 2:5 saturati prius pro pane se locauerunt et famelici saturati sunt donec sterilis peperit plurimos et quae multos habebat filios infirmata est 2:6 Dominus mortificat et uiuificat deducit ad infernum et reducit 2:7 Dominus pauperem facit et ditat humiliat et subleuat 2:8 suscitatur de puluere egenum et de stercore eleuat pauperem ut sedeat cum principibus et solium gloriae teneat Domini enim sunt cardines terrae et posuit super eos orbem 2:9 pedes sanctorum suorum seruabit et impii in tenebris conticescent quia non in fortitudine roborabitur uir 2:10 Dominum formidabunt aduersarii eius super ipsos in caelis tonabit Dominus iudicabit fines terrae et dabit imperium regi suo et sublimabit cornu christi sui 2:11 et abiit Helcana Ramatha in domum suam puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis 2:12 porro filii Heli filii Belial nescientes Dominum 2:13 neque officium sacerdotum ad populum sed quicumque immolasset uictimam ueniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes et habebat fuscinulam tridentem in manu sua 2:14 et mittebat eam in lebetem uel in caldarium aut in ollam siue in caccabum et omne quod leuabat fuscinula tollebat sacerdos sibi sic faciebant uniuerso Israheli uenientium in Silo 2:15 etiam antequam adolerent adipem ueniebat puer sacerdotis et dicebat immolanti da mihi carnem ut coquam sacerdoti non enim accipiam a te carnem coctam sed crudam 2:16 dicebatque illi immolans incendatur primum iuxta morem hodie adeps et tolle tibi quantumcumque desiderat an-

2:2 There is none holy as the LORD: for there is none beside thee: neither is there any rock like our God.

2:3 Talk no more so exceeding proudly; let not arrogance come out of your mouth: for the LORD is a God of knowledge, and by his actions are weighed.

2:4 The bows of the mighty men are broken, and they that stumbled are girded with strength.

2:5 They that were full have hired out themselves for bread; and they that were hungry ceased: so that the barren hath born seven; and she that hath many children is waxed feeble.

2:6 The LORD killeth, and maketh alive: he bringeth down to the grave, and bringeth up.

2:7 The LORD maketh poor, and maketh rich: he bringeth low, and lifteth up.

2:8 He raiseth up the poor out of the dust, and lifteth up the beggar from the dunghill, to set them among princes, and to make them inherit the throne of glory: for the pillars of the earth are the LORD's, and he hath set the world upon them.

2:9 He will keep the feet of his saints, and the wicked shall be silent in darkness; for by strength shall no man prevail.

2:10 The adversaries of the LORD shall be broken to pieces; out of heaven shall he thunder upon them: the LORD shall judge the ends of the earth; and he shall give strength unto his king, and exalt the horn of his anointed.

2:11 And Elkanah went to Ramah to his house. And the child did minister unto the LORD before Eli the priest.

2:12 Now the sons of Eli were sons of Belial; they knew not the LORD.

2:13 And the priest's custom with the people was, that when any man offered sacrifice, the priest's servant came, while the flesh was in seething, with a fleshhook of three teeth in his hand;

2:14 And he struck it into the pan, or kettle, or caldron, or pot: all that the fleshhook brought up the priest took for himself. So they did in Shiloh unto all the Israelites that came thither.

2:15 Also before they burnt the fat, the priest's servant came, and said to the man that sacrificed, Give flesh to roast for the priest; for he will not have sodden flesh of thee, but raw.

2:16 And if any man said unto him, Let them not fail to burn the fat presently, and then take as much as thy soul desireth; then he would answer him, Nay; but thou shalt give it me now: and if not, I will take it by force.

Biblia Sacra Vulgata

2:17 Wherefore the sin of the young men was very great before the LORD: for men abhorred the offering of the LORD.

2:18 But Samuel ministered before the LORD, being a child, girded with a linen ephod.

2:19 Moreover his mother made him a little coat, and brought it to him from year to year, when she came up with her husband to offer the yearly sacrifice.

2:20 And Eli blessed Elkanah and his wife, and said, The LORD give thee seed of this woman for the loan which is lent to the LORD. And they went unto their own home.

2:21 And the LORD visited Hannah, so that she conceived, and bare three sons and two daughters. And the child Samuel grew before the LORD.

2:22 Now Eli was very old, and heard all that his sons did unto all Israel; and how they lay with the women that assembled at the door of the tabernacle of the congregation.

2:23 And he said unto them, Why do ye such things? for I hear of your evil dealings by all this people.

2:24 Nay, my sons; for it is no good report that I hear: ye make the LORD's people to transgress.

2:25 If one man sin against another, the judge shall judge him: but if a man sin against the LORD, who shall intreat for him? Notwithstanding they hearkened not unto the voice of their father, because the LORD would slay them.

2:26 And the child Samuel grew on, and was in favour both with the LORD, and also with men.

2:27 And there came a man of God unto Eli, and said unto him, Thus saith the LORD, Did I plainly appear unto the house of thy father, when they were in Egypt in Pharaoh's house?

2:28 And did I choose him out of all the tribes of Israel to be my priest, to offer upon mine altar, to burn incense, to wear an ephod before me? and did I give unto the house of thy father all the offerings made by fire of the children of Israel?

2:29 Wherefore kick ye at my sacrifice and at mine offering, which I have commanded in my habitation; and honourst thy sons above me, to make yourselves fat with the chiefest of all the offerings of Israel my people?

2:30 Wherefore the LORD God of Israel saith, I said indeed that thy house, and the house of thy father, should walk before me for ever: but now the LORD saith, Be it far from me: for them that honour me I will honour, and they that despise me shall be lightly esteemed.

ima tua qui respondens aiebat ei nequaquam nunc enim dabis alioquin tollam ui 2:17 erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino quia detrahebant homines sacrificio Domini 2:18 Samuhel autem ministrabat ante faciem Domini puer accinctus ephod lineo 2:19 et tunicam paruum faciebat ei mater sua quam adferebat statutis diebus ascendens cum uiro suo ut immolaret hostiam sollemnem 2:20 et benedixit Heli Helcanae et uxori eius dixitque reddat Dominus tibi semen de muliere hac pro fenore quod commodasti Domino et abierunt in locum suum 2:21 uisitauit ergo Dominus Annam et concepit et peperit tres filios et duas filias et magnificatus est puer Samuhel apud Dominum 2:22 Heli autem erat senex ualde et audiuit omnia quae faciebant filii sui uniuerso Israheli et quomodo dormiebant cum mulieribus quae obseruabant ad ostium tabernaculi 2:23 et dixit eis quare facitis res huiuscemodi quas ego audio res pessimas ab omni populo 2:24 nolite filii mi non enim est bona fama quam ego audio ut transgredi faciatis populum Domini 2:25 si peccauerit uir in uirum placari ei potest Deus si autem in Domino peccauerit uir quis orabit pro eo et non audierunt uocem patris sui quia uoluit Dominus occidere eos 2:26 puer autem Samuhel proficiebat atque crescebat et placebat tam Deo quam hominibus 2:27 uenit autem uir Dei ad Heli et ait ad eum haec dicit Dominus numquid non aperte reuelatus sum domui patris tui cum essent in Aegypto in domo Pharaonis 2:28 et elegi eum ex omnibus tribubus Israhel mihi in sacerdotem ut ascenderet altare meum et adoleret mihi incensum et portaret ephod coram me et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israhel 2:29 quare calce abicitis uictimam meam et munera mea quae praecepi ut offerrentur in templo et magis honorasti filios tuos quam me ut comederetis primitias omnis sacrificii Israhel populi mei 2:30 propterea ait Dominus Deus Israhel loquens lo-

Liber I Samuelis

cutus sum ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum nunc autem dicit Dominus absit hoc a me sed quicumque glorificauerit me glorificabo eum qui autem contemnunt me erunt ignobiles 2:31 ecce dies ueniunt et praecidam brachium tuum et brachium domus patris tui ut non sit senex in domo tua 2:32 et uidebis aemulum tuum in templo in uniuersis prosperis Israhel et non erit senex in domo tua omnibus diebus 2:33 uerumtamen non auferam penitus uirum ex te ab altari meo sed ut deficiant oculi tui et tabescat anima tua et pars magna domus tuae morietur cum ad uirilem aetatem uenerit 2:34 hoc autem erit tibi signum quod uenturum est duobus filiis tuis Ofni et Finees in die uno morientur ambo 2:35 et suscitabo mihi sacerdotem fidelem qui iuxta cor meum et animam meam faciat et aedificabo ei domum fidelem et ambulabit coram christo meo cunctis diebus 2:36 futurum est autem ut quicumque remanserit in domo tua ueniat ut oretur pro eo et offerat nummum argenteum et tortam panis dicatque dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem ut comedam buccellam panis

3:1 puer autem Samuhel ministrabat Domino coram Heli et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis non erat uisio manifesta 3:2 factum est ergo in die quadam Heli iacebat in loco suo et oculi eius caligauerant nec poterat uidere 3:3 lucerna Dei antequam extingueretur Samuhel autem dormiebat in templo Domini ubi erat arca Dei 3:4 et uocauit Dominus Samuhel qui respondens ait ecce ego 3:5 et cucurrit ad Heli et dixit ecce ego uocasti enim me qui dixit non uocauit reuertere dormi et abiit et dormiuit 3:6 et adiecit Dominus uocare rursus Samuhel consurgensque Samuhel abiit ad Heli et dixit ecce ego quia uocasti me qui respondit non uocauit te fili mi reuertere et dormi 3:7 porro Samuhel necdum sciebat Dominum neque reuelatus fuerat ei sermo Domini 3:8

2:31 Behold, the days come, that I will cut off thine arm, and the arm of thy father's house, that there shall not be an old man in thine house.

2:32 And thou shalt see an enemy in my habitation, in all the wealth which God shall give Israel: and there shall not be an old man in thine house for ever.

2:33 And the man of thine, whom I shall not cut off from mine altar, shall be to consume thine eyes, and to grieve thine heart: and all the increase of thine house shall die in the flower of their age.

2:34 And this shall be a sign unto thee, that shall come upon thy two sons, on Hophni and Phinehas; in one day they shall die both of them.

2:35 And I will raise me up a faithful priest, that shall do according to that which is in mine heart and in my mind: and I will build him a sure house; and he shall walk before mine anointed for ever.

2:36 And it shall come to pass, that every one that is left in thine house shall come and crouch to him for a piece of silver and a morsel of bread, and shall say, Put me, I pray thee, into one of the priests' offices, that I may eat a piece of bread.

3:1 And the child Samuel ministered unto the LORD before Eli. And the word of the LORD was precious in those days; there was no open vision.

3:2 And it came to pass at that time, when Eli was laid down in his place, and his eyes began to wax dim, that he could not see;

3:3 And ere the lamp of God went out in the temple of the LORD, where the ark of God was, and Samuel was laid down to sleep;

3:4 That the LORD called Samuel: and he answered, Here am I.

3:5 And he ran unto Eli, and said, Here am I; for thou didst call me. And he said, I called not; lie down again. And he went and lay down.

3:6 And the LORD called yet again, Samuel. And Samuel arose and went to Eli, and said, Here am I; for thou didst call me. And he answered, I called not, my son; lie down again.

3:7 Now Samuel did not yet know the LORD, neither was the word of the LORD yet revealed unto him.

3:8 And the LORD called Samuel again the third time. And he arose and went to Eli, and said, Here am I; for thou didst call me. And Eli perceived that the LORD had called the child.

Biblia Sacra Vulgata

3:9 Therefore Eli said unto Samuel, Go, lie down: and it shall be, if he call thee, that thou shalt say, Speak, LORD: for thy servant heareth. So Samuel went and lay down in his place.

3:10 And the LORD came, and stood, and called as at other times, Samuel, Samuel. Then Samuel answered, Speak; for thy servant heareth.

3:11 And the LORD said to Samuel, Behold, I will do a thing in Israel, at which both the ears of every one that heareth it shall tingle.

3:12 In that day I will perform against Eli all things which I have spoken concerning his house: when I begin, I will also make an end.

3:13 For I have told him that I will judge his house for ever for the iniquity which he knoweth; because his sons made themselves vile, and he restrained them not.

3:14 And therefore I have sworn unto the house of Eli, that the iniquity of Eli's house shall not be purged with sacrifice nor offering for ever.

3:15 And Samuel lay until the morning, and opened the doors of the house of the LORD. And Samuel feared to shew Eli the vision.

3:16 Then Eli called Samuel, and said, Samuel, my son. And he answered, Here am I.

3:17 And he said, What is the thing that the LORD hath said unto thee? I pray thee hide it not from me: God do so to thee, and more also, if thou hide any thing from me of all the things that he said unto thee.

3:18 And Samuel told him every whit, and hid nothing from him. And he said, It is the LORD: let him do what seemeth him good.

3:19 And Samuel grew, and the LORD was with him, and did let none of his words fall to the ground.

3:20 And all Israel from Dan even to Beersheba knew that Samuel was established to be a prophet of the LORD.

3:21 And the LORD appeared again in Shiloh: for the LORD revealed himself to Samuel in Shiloh by the word of the LORD.

4:1 And the word of Samuel came to all Israel. Now Israel went out against the Philistines to battle, and pitched beside Ebenezer: and the Philistines pitched in Aphek.

et adiecit Dominus et uocauit adhuc Samuhel tertio qui con-
surgens abiit ad Heli 3:9 et ait ecce ego quia uocasti me
intellexit igitur Heli quia Dominus uocaret puerum et ait ad
Samuhel uade et dormi et si deinceps uocauerit te dices lo-
quere Domine quia audit seruus tuus abiit ergo Samuhel et
dormiuit in loco suo 3:10 et uenit Dominus et stetit et uo-
cavit sicut uocauerat secundo Samuhel Samuhel et ait Sa-
muhel loquere quia audit seruus tuus 3:11 et dixit Domi-
nus ad Samuhel ecce ego facio uerbum in Israhel quod qui-
cumque audierit tinnient ambae aures eius 3:12 in die illo
suscitabo aduersum Heli omnia quae locutus sum super do-
mum eius incipiam et conplebo 3:13 praedixi enim ei quod
iudicaturus essem domum eius in aeternum propter iniquita-
tem eo quod nouerat indigne agere filios suos et non corri-
puit eos 3:14 idcirco iuravi domui Heli quod non expietur
iniquitas domus eius uictimis et muneribus usque in aeter-
num 3:15 dormiuit autem Samuhel usque mane aperuitque
ostia domus Domini et Samuhel timebat indicare uisionem
Heli 3:16 uocauit ergo Heli Samuhalem et dixit Samuhel
fili mi qui respondens ait praesto sum 3:17 et interrogauit
eum quis est sermo quem locutus est ad te oro te ne celaue-
ris me haec faciat tibi Deus et haec addat si absconderis a
me sermonem ex omnibus uerbis quae dicta sunt tibi 3:18
indicaui itaque ei Samuhel uniuersos sermones et non abs-
condit ab eo et ille respondit Dominus est quod bonum est
in oculis suis faciat 3:19 creuit autem Samuhel et Domi-
nus erat cum eo et non cecidit ex omnibus uerbis eius in
terram 3:20 et cognouit uniuersus Israhel a Dan usque Ber-
sabee quod fidelis Samuhel propheta esset Domini 3:21 et
addidit Dominus ut appareret in Silo quoniam reuelatus fue-
rat Dominus Samuheli in Silo iuxta uerbum Domini et euenit
sermo Samuhelis uniuerso Israheli

4:1 egressus est namque Israhel obuiam Philisthim in pro-

Liber I Samuelis

elium et castrametatus est iuxta lapidem Adiutorii porro Philisthim uenerunt in Afec 4:2 et instruxerunt aciem contra Israhel inito autem certamine terga uertit Israhel Philistheis et caesa sunt in illo certamine passim per agros quasi quattuor milia uirorum 4:3 et reuersus est populus ad castra dixeruntque maiores natu de Israhel quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthim adferamus ad nos de Silo arcam foederis Domini et ueniat in medium nostri ut saluet nos de manu inimicorum nostrorum 4:4 misit ergo populus in Silo et tulerunt inde arcam foederis Domini exercituum sedentis super cherubin erantque duo filii Heli cum arca foederis Domini Ofni et Finees 4:5 cumque uenisset arca foederis Domini in castra uociferatus est omnis Israhel clamore grandi et personuit terra 4:6 et audierunt Philisthim uocem clamoris dixeruntque quoniam haec est uox clamoris magni in castris Hebraeorum et cognouerunt quod arca Domini uenisset in castra 4:7 timueruntque Philisthim dicentes uenit Deus in castra et ingemuerunt 4:8 uae nobis non enim fuit tanta exultatio heri et nudius tertius uae nobis quis nos seruabit de manu deorum sublimium istorum hii sunt dii qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto 4:9 confortamini et estote uiri Philisthim ne seruiatis Hebraeis sicut illi seruierunt uobis confortamini et bellate 4:10 pugnaverunt ergo Philisthim et caesus est Israhel et fugit unusquisque in tabernaculum suum et facta est plaga magna nimis et ceciderunt de Israhel triginta milia peditum 4:11 et arca Dei capta est duoque filii Heli mortui sunt Ofni et Finees 4:12 currens autem uir de Benjamin ex acie uenit in Silo in die illo scissa ueste et conspersus puluere caput 4:13 cumque ille uenisset Heli sedebat super sellam contra uiam aspectans erat enim cor eius pauens pro arca Domini uir autem ille postquam ingressus est nuntiauit urbi et ululauit omnis ciuitas 4:14 et audiuit Heli sonitum clamoris dixitque quis est hic sonitus

4:2 And the Philistines put themselves in array against Israel: and when they joined battle, Israel was smitten before the Philistines: and they slew of the army in the field about four thousand men.

4:3 And when the people were come into the camp, the elders of Israel said, Wherefore hath the LORD smitten us to day before the Philistines? Let us fetch the ark of the covenant of the LORD out of Shiloh unto us, that, when it cometh among us, it may save us out of the hand of our enemies.

4:4 So the people sent to Shiloh, that they might bring from thence the ark of the covenant of the LORD of hosts, which dwelleth between the cherubims: and the two sons of Eli, Hophni and Phinehas, were there with the ark of the covenant of God.

4:5 And when the ark of the covenant of the LORD came into the camp, all Israel shouted with a great shout, so that the earth rang again.

4:6 And when the Philistines heard the noise of the shout, they said, What meaneth the noise of this great shout in the camp of the Hebrews? And they understood that the ark of the LORD was come into the camp.

4:7 And the Philistines were afraid, for they said, God is come into the camp. And they said, Woe unto us! for there hath not been such a thing heretofore.

4:8 Woe unto us! who shall deliver us out of the hand of these mighty Gods? these are the Gods that smote the Egyptians with all the plagues in the wilderness.

4:9 Be strong and quit yourselves like men, O ye Philistines, that ye be not servants unto the Hebrews, as they have been to you: quit yourselves like men, and fight.

4:10 And the Philistines fought, and Israel was smitten, and they fled every man into his tent: and there was a very great slaughter; for there fell of Israel thirty thousand footmen.

4:11 And the ark of God was taken: and the two sons of Eli, Hophni and Phinehas, were slain.

4:12 And there ran a man of Benjamin out of the army, and came to Shiloh the same day with his clothes rent, and with earth upon his head.

4:13 And when he came, lo, Eli sat upon a seat by the wayside watching: for his heart trembled for the ark of God. And when the man came into the city, and told it, all the city cried out.

4:14 And when Eli heard the noise of the crying, he said, What meaneth the noise of this tumult? And the man came in hastily, and told Eli.

Biblia Sacra Vulgata

4:15 Now Eli was ninety and eight years old; and his eyes were dim, that he could not see.

4:16 And the man said unto Eli, I am he that came out of the army, and I fled to day out of the army. And he said, What is there done, my son?

4:17 And the messenger answered and said, Israel is fled before the Philistines, and there hath been also a great slaughter among the people, and thy two sons also, Hophni and Phinehas, are dead, and the ark of God is taken.

4:18 And it came to pass, when he made mention of the ark of God, that he fell from off the seat backward by the side of the gate, and his neck brake, and he died: for he was an old man, and heavy. And he had judged Israel forty years.

4:19 And his daughter in law, Phinehas' wife, was with child, near to be delivered: and when she heard the tidings that the ark of God was taken, and that her father in law and her husband were dead, she bowed herself and travailed; for her pains came upon her.

4:20 And about the time of her death the women that stood by her said unto her, Fear not; for thou hast born a son. But she answered not, neither did she regard it.

4:21 And she named the child Ichabod, saying, The glory is departed from Israel: because the ark of God was taken, and because of her father in law and her husband.

4:22 And she said, The glory is departed from Israel: for the ark of God is taken.

5:1 And the Philistines took the ark of God, and brought it from Ebenezer unto Ashdod.

5:2 When the Philistines took the ark of God, they brought it into the house of Dagon, and set it by Dagon.

5:3 And when they of Ashdod arose early on the morrow, behold, Dagon was fallen upon his face to the earth before the ark of the LORD. And they took Dagon, and set him in his place again.

5:4 And when they arose early on the morrow morning, behold, Dagon was fallen upon his face to the ground before the ark of the LORD; and the head of Dagon and both the palms of his hands were cut off upon the threshold; only the stump of Dagon was left to him.

5:5 Therefore neither the priests of Dagon, nor any that come into Dagon's house, tread on the threshold of Dagon in Ashdod unto this day.

5:6 But the hand of the LORD was heavy upon them of Ashdod, and he destroyed them, and smote them with emerods, even Ashdod and the coasts thereof.

tumultus huius at ille festinauit et uenit et adnuntiauit Heli
4:15 Heli autem erat nonaginta et octo annorum et oculi eius caligauerant et uidere non poterat 4:16 et dixit ad Heli ego sum qui ueni de proelio et ego qui de acie fugi hodie cui ille ait quid actum est fili mi 4:17 respondens autem qui nuntiabat fugit inquit Israhel coram Philisthim et ruina magna facta est in populo insuper et duo filii tui mortui sunt Ofni et Finees et arca Dei capta est 4:18 cumque ille nominasset arcam Dei cecidit de sella retrorsum iuxta ostium et fractis ceruicibus mortuus est senex enim erat uir et grandeuus et ipse iudicauit Israhel quadraginta annis 4:19 nurus autem eius uxor Finees praegnans erat uicinaque partui et audito nuntio quod capta esset arca Dei et mortuus socer suus et uir suus incuruauit se et peperit inruerant enim in eam dolores subiti 4:20 in ipso autem momento mortis eius dixerunt ei quae stabant circa eam ne timeas quia filium peperisti quae non respondit eis neque animaduertit 4:21 et uocauit puerum Hicabod dicens translata est gloria de Israhel quia capta est arca Dei et pro socero suo et pro uiro suo 4:22 et ait translata est gloria ab Israhel eo quod capta esset arca Dei

5:1 Philisthim autem tulerunt arcam Dei et asportauerunt eam a lapide Adiutorii in Azotum 5:2 tulerunt Philisthim arcam Dei et intulerunt eam in templum Dagon et statuerunt eam iuxta Dagon 5:3 cumque surrexissent diluculo Azotii altera die ecce Dagon iacebat pronus in terram ante arcam Domini et tulerunt Dagon et restituerunt eum in loco suo 5:4 rursumque mane die alio consurgentes inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terram coram arca Domini caput autem Dagon et duae palmae manuum eius abscisae erant super limen 5:5 porro Dagon truncus solus remanserat in loco suo propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon et omnes qui ingrediuntur templum eius super limen Dagon in Azoto usque in hodiernum diem 5:6

Liber I Samuelis

adgrauata autem est manus Domini super Azotios et demolitus est eos et percussit in secretiori parte natium Azotum et fines eius 5:7 uidentes autem uiri azotii huiuscemodi plagam dixerunt non maneat arca Dei Israhel apud nos quoniam dura est manus eius super nos et super Dagon deum nostrum 5:8 et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum ad se et dixerunt quid faciemus de arca Dei Israhel responderuntque Getthei circumducatur arca Dei Israhel et circumdlexerunt arcam Dei Israhel 5:9 illis autem circumducentibus eam fiebat manus Dei per singulas ciuitates interfectionis magnae nimis et percutiebat uiros uniuscuiusque urbis a paruo usque ad maiorem et conputrescebant prominentes extales eorum 5:10 miserunt ergo arcam Dei in Accaron cumque uenisset arca Dei in Accaron exclamauerunt Accaronitae dicentes adduxerunt ad nos arcam Dei Israhel ut interficiat nos et populum nostrum 5:11 miserunt itaque et congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum qui dixerunt dimittite arcam Dei Israhel et reuertatur in locum suum et non interficiat nos cum populo nostro 5:12 fiebat enim pauor mortis in singulis urbibus et grauissima ualde manus Dei uiri quoque qui mortui non fuerant percutiebantur in secretiori parte natium et ascendebat ululatus uniuscuiusque ciuitatis in caelum

6:1 fuit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus 6:2 et uocauerunt Philisthim sacerdotes et diuinos dicentes quid faciemus de arca Dei indicate nobis quomodo remitemus eam in locum suum qui dixerunt 6:3 si remittitis arcam Dei Israhel nolite dimittere eam uacuum sed quod debetis reddite ei pro peccato et tunc curabimini et scietis quare non recedat manus eius a uobis 6:4 qui dixerunt quid est quod pro delicto reddere debeamus ei responderuntque illi 6:5 iuxta numerum prouinciarum Philisthim quinque anos aureos facietis et quinque mures aureos quia

5:7 And when the men of Ashdod saw that it was so, they said, The ark of the God of Israel shall not abide with us: for his hand is sore upon us, and upon Dagon our god.

5:8 They sent therefore and gathered all the lords of the Philistines unto them, and said, What shall we do with the ark of the God of Israel? And they answered, Let the ark of the God of Israel be carried about unto Gath. And they carried the ark of the God of Israel about thither.

5:9 And it was so, that, after they had carried it about, the hand of the LORD was against the city with a very great destruction: and he smote the men of the city, both small and great, and they had emerods in their secret parts.

5:10 Therefore they sent the ark of God to Ekron. And it came to pass, as the ark of God came to Ekron, that the Ekronites cried out, saying, They have brought about the ark of the God of Israel to us, to slay us and our people.

5:11 So they sent and gathered together all the lords of the Philistines, and said, Send away the ark of the God of Israel, and let it go again to his own place, that it slay us not, and our people: for there was a deadly destruction throughout all the city; the hand of God was very heavy there.

5:12 And the men that died not were smitten with the emerods: and the cry of the city went up to heaven.

6:1 And the ark of the LORD was in the country of the Philistines seven months.

6:2 And the Philistines called for the priests and the diviners, saying, What shall we do to the ark of the LORD? tell us wherewith we shall send it to his place.

6:3 And they said, If ye send away the ark of the God of Israel, send it not empty; but in any wise return him a trespass offering: then ye shall be healed, and it shall be known to you why his hand is not removed from you.

6:4 Then said they, What shall be the trespass offering which we shall return to him? They answered, Five golden emerods, and five golden mice, according to the number of the lords of the Philistines: for one plague was on you all, and on your lords.

6:5 Wherefore ye shall make images of your emerods, and images of your mice that mar the land: and ye shall give glory unto the God of Israel: peradventure he will lighten his hand from off you, and from off your gods, and from off your land.

Biblia Sacra Vulgata

plaga una fuit omnibus uobis et satrapis uestris facietisque similitudines anorum uestrorum et similitudines murium qui demoliti sunt terram et dabitis Deo Israhel gloriam si forte releuet manum suam a uobis et a diis uestris et a terra uestra
6:6 quare grauatis corda uestra sicut adgrauauit Aegyptus et Pharaon cor suum nonne postquam percussus est tunc dimisit eos et abierunt 6:7 nunc ergo arripite et facite plaustrum nouum unum et duas uaccas fetas quibus non est inpositum iugum iungite in plastro et recludite uitulos earum domi
6:8 tolletisque arcam Domini et ponetis in plastro et uasa aurea quae exsoluistis ei pro delicto ponetis in capsella ad latus eius et dimittite eam ut uadat 6:9 et aspicietis et si quidem per uiam finium suorum ascenderit contra Bethsames ipse fecit nobis malum hoc grande sin autem minime sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos sed casu accidit 6:10 fecerunt ergo illi hoc modo et tollentes duas uaccas quae lactabant uitulos iunxerunt ad plaustrum uitulosque earum concluserunt domi 6:11 et posuerunt arcam Dei super plaustrum et capsellam quae habebat mures aureos et similitudinem anorum 6:12 ibant autem in directum uaccae per uiam quae ducit Bethsames et itinere uno gradiebantur pergentes et mugientes et non declinabant neque ad dextram neque ad sinistram sed et satrapae Philisthinorum sequebantur usque ad terminos Bethsames 6:13 porro Bethsamitae metebant triticum in ualle et eleuantes oculos uiderunt arcam et gauisi sunt cum uidissent 6:14 et plaustrum uenit in agrum Iosue Bethsamitae et stetit ibi erat autem ibi lapis magnus et conciderunt ligna plaustrum uaccasque inposuerunt super ea holocaustum Domino 6:15 Leuitae autem deposuerunt arcam Dei et capsellam quae erat iuxta eam in qua erant uasa aurea et posuerunt super lapidem grandem uiri autem bethsamitae obtulerunt holocausta et immolauerunt uictimas in die illa Domino 6:16 et quinque satrapae Philisthinorum

6:6 Wherefore then do ye harden your hearts, as the Egyptians and Pharaoh hardened their hearts? when he had wrought wonderfully among them, did they not let the people go, and they departed?

6:7 Now therefore make a new cart, and take two milch kine, on which there hath come no yoke, and tie the kine to the cart, and bring their calves home from them:

6:8 And take the ark of the LORD, and lay it upon the cart; and put the jewels of gold, which ye return him for a trespass offering, in a coffer by the side thereof; and send it away, that it may go.

6:9 And see, if it goeth up by the way of his own coast to Bethshemesh, then he hath done us this great evil: but if not, then we shall know that it is not his hand that smote us: it was a chance that happened to us.

6:10 And the men did so; and took two milch kine, and tied them to the cart, and shut up their calves at home:

6:11 And they laid the ark of the LORD upon the cart, and the coffer with the mice of gold and the images of their emerods.

6:12 And the kine took the straight way to the way of Bethshemesh, and went along the highway, lowing as they went, and turned not aside to the right hand or to the left; and the lords of the Philistines went after them unto the border of Bethshemesh.

6:13 And they of Bethshemesh were reaping their wheat harvest in the valley; and they lifted up their eyes, and saw the ark, and rejoiced to see it.

6:14 And the cart came into the field of Joshua, a Bethshemite, and stood there, where there was a great stone: and they clave the wood of the cart, and offered the kine a burnt offering unto the LORD.

6:15 And the Levites took down the ark of the LORD, and the coffer that was with it, wherein the jewels of gold were, and put them on the great stone: and the men of Bethshemesh offered burnt offerings and sacrificed sacrifices the same day unto the LORD.

6:16 And when the five lords of the Philistines had seen it, they returned to Ekron the same day.

Liber I Samuelis

uiderunt et reuersi sunt in Accaron in die illa 6:17 hii sunt autem ani aurei quos reddiderunt Philisthim pro delicto Domino Azotus unum Gaza unum Ascalon unum Geth unum Accaron unum 6:18 et mures aureos secundum numerum urbium Philisthim quinque prouinciarum ab urbe murata usque ad uillam quae erat absque muro et usque ad Abel magnum super quem posuerunt arcam Domini quae erat usque in illa die in agro Iosue Bethsamitis 6:19 percussit autem de uiris bethsamitibus eo quod uidissent arcam Domini et percussit de populo septuaginta uiros et quinquaginta milia plebis luxitque populus quod percussisset Dominus plebem plaga magna 6:20 et dixerunt uiri bethsamitae quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius et ad quem ascendet a nobis 6:21 miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim dicentes reduxerunt Philisthim arcam Domini descendite et ducite eam ad uos

7:1 uenerunt ergo uiri Cariathiarim et duxerunt arcam Domini et intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt ut custodiret arcam Domini 7:2 et factum est ex qua die mansit arca in Cariathiarim multiplicati sunt dies erat quippe iam annus uicesimus et requieuit omnis domus Israhel post Dominum 7:3 ait autem Samuhel ad uniuersam domum Israhel dicens si in toto corde uestro reuertimini ad Dominum auferte deos alienos de medio uestrum et Astharoth et praeparate corda uestra Domino et seruite ei soli et eruet uos de manu Philisthim 7:4 abstulerunt ergo filii Israhel Baalim et Astharoth et seruierunt Domino soli 7:5 dixit autem Samuhel congregate uniuersum Israhel in Masphat ut orem pro uobis Dominum 7:6 et conuenerunt in Masphat hauseruntque aquam et effuderunt in conspectu Domini et ieiunauerunt in die illa et dixerunt ibi peccauimus Domino iudicauitque Samuhel filios Israhel in Masphat 7:7 et audierunt Philisthim quod con-

6:17 And these are the golden emerods which the Philistines returned for a trespass offering unto the LORD; for Ashdod one, for Gaza one, for Askelon one, for Gath one, for Ekron one;

6:18 And the golden mice, according to the number of all the cities of the Philistines belonging to the five lords, both of fenced cities, and of country villages, even unto the great stone of Abel, whereon they set down the ark of the LORD: which stone remaineth unto this day in the field of Joshua, the Bethshemite.

6:19 And he smote the men of Bethshemesh, because they had looked into the ark of the LORD, even he smote of the people fifty thousand and threescore and ten men: and the people lamented, because the LORD had smitten many of the people with a great slaughter.

6:20 And the men of Bethshemesh said, Who is able to stand before this holy LORD God? and to whom shall he go up from us?

ei quare tu solus et nullus est tecum 21:2 et ait Dauid ad
Ahimelech sacerdotem rex praecepit mihi sermonem et dixit
nemo sciat rem propter quam a me missus es et cuiusmodi
tibi praecepta dederim nam et pueris condixi in illum et illum
locum 21:3 nunc igitur si quid habes ad manum uel quinque
panes da mihi aut quicquid inueneris 21:4 et respondens sa-
cerdos Dauid ait ei non habeo panes laicos ad manum sed
tantum panem sanctum si mundi sunt pueri maxime a mulie-
ribus 21:5 et respondit Dauid sacerdoti et dixit ei equidem
si de mulieribus agitur continuimus nos ab heri et nudius ter-
tius quando egrediebamur et fuerunt uasa puerorum sancta
porro uia haec polluta est sed et ipsa hodie sanctificabitur
in uasis 21:6 dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem
neque enim erat ibi panis nisi tantum panes propositionis
qui sublati fuerant a facie Domini ut ponerentur panes calidi
21:7 erat autem ibi uir de seruis Saul in die illa intus in taber-
naculo Domini et nomen eius Doec Idumeus potentissimus

Liber I Samuelis

pastorum Saul 21:8 dixit autem Dauid ad Ahimelech si habes hic ad manum hastam aut gladium quia gladium meum et arma mea non tuli mecum sermo enim regis urgebat 21:9 et dixit sacerdos gladius Goliath Philisthei quem percussisti in ualle Terebinthi est inuolutus pallio post ephod si istum uis tollere tolle neque enim est alius hic absque eo et ait Dauid non est huic alter similis da mihi eum 21:10 surrexit itaque Dauid et fugit in die illa a facie Saul et uenit ad Achis regem Geth 21:11 dixeruntque ei serui Achis numquid non iste est Dauid rex terrae nonne huic cantabant per choros dicentes percussit Saul mille et Dauid decem milia 21:12 posuit autem Dauid sermones istos in corde suo et extimuit ualde a facie Achis regis Geth 21:13 et inmutauit os suum coram eis et conlabebatur inter manus eorum et inpingebat in ostia portae defluebantque saliuae eius in barbam 21:14 et ait Achis ad seruos suos uidistis hominem insanum quare adduxistis eum ad me 21:15 an desunt nobis furiosi quod introduxistis istum ut fureret me praesente hicine ingredietur domum meam

22:1 abiit ergo inde Dauid et fugit in speluncam Odollam quod cum audissent fratres eius et omnis domus patris eius descenderunt ad eum illuc 22:2 et conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti et oppressi aere alieno et amaro animo et factus est eorum princeps fueruntque cum eo quasi quadringenti uiri 22:3 et profectus est Dauid inde in Maspha quae est Moab et dixit ad regem Moab maneat oro pater meus et mater mea uobiscum donec sciam quid faciat mihi Deus 22:4 et reliquit eos ante faciem regis Moab manseruntque apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in praesidio 22:5 dixitque Gad propheta ad Dauid noli manere in praesidio proficiscere et uade in terram Iuda et profectus Dauid uenit in saltum Hareth 22:6 et audiuit Saul quod apparuisset Dauid et uiri qui erant cum eo Saul autem cum

21:8 And David said unto Ahimelech, And is there not here under thine hand spear or sword? for I have neither brought my sword nor my weapons with me, because the king's business required haste.

21:9 And the priest said, The sword of Goliath the Philistine, whom thou slewest in the valley of Elah, behold, it is here wrapped in a cloth behind the ephod: if thou wilt take that, take it: for there is no other save that here. And David said, There is none like that; give it me.

21:10 And David arose and fled that day for fear of Saul, and went to Achish the king of Gath.

21:11 And the servants of Achish said unto him, Is not this David the king of the land? did they not sing one to another of him in dances, saying, Saul hath slain his thousands, and David his ten thousands?

21:12 And David laid up these words in his heart, and was sore afraid of Achish the king of Gath.

21:13 And he changed his behaviour before them, and feigned himself mad in their hands, and scrabbled on the doors of the gate, and let his spittle fall down upon his beard.

21:14 Then said Achish unto his servants, Lo, ye see the man is mad: wherefore then have ye brought him to me?

21:15 Have I need of mad men, that ye have brought this fellow to play the mad man in my presence? shall this fellow come into my house?

22:1 David therefore departed thence, and escaped to the cave Adullam: and when his brethren and all his father's house heard it, they went down thither to him.

22:2 And every one that was in distress, and every one that was in debt, and every one that was discontented, gathered themselves unto him; and he became a captain over them: and there were with him about four hundred men.

22:3 And David went thence to Mizpeh of Moab: and he said unto the king of Moab, Let my father and my mother, I pray thee, come forth, and be with you, till I know what God will do for me.

22:4 And he brought them before the king of Moab: and they dwelt with him all the while that David was in the hold.

22:5 And the prophet Gad said unto David, Abide not in the hold; depart, and get thee into the land of Judah. Then David departed, and came into the forest of Hareth.

22:6 When Saul heard that David was discovered, and the men that were with him, (now Saul abode in Gibeath under a tree in Ramah, having his spear in his hand, and all his servants were standing about him;)

Biblia Sacra Vulgata

22:7 Then Saul said unto his servants that stood about him, Hear now, ye Benjamites; will the son of Jesse give every one of you fields and vineyards, and make you all captains of thousands, and captains of hundreds;

22:8 That all of you have conspired against me, and there is none that sheweth me that my son hath made a league with the son of Jesse, and there is none of you that is sorry for me, or sheweth unto me that my son hath stirred up my servant against me, to lie in wait, as at this day?

22:9 Then answered Doeg the Edomite, which was set over the servants of Saul, and said, I saw the son of Jesse coming to Nob, to Ahimelech the son of Ahitub.

22:10 And he enquired of the LORD for him, and gave him victuals, and gave him the sword of Goliath the Philistine.

22:11 Then the king sent to call Ahimelech the priest, the son of Ahitub, and all his father's house, the priests that were in Nob: and they came all of them to the king.

22:12 And Saul said, Hear now, thou son of Ahitub. And he answered, Here I am, my lord.

22:13 And Saul said unto him, Why have ye conspired against me, thou and the son of Jesse, in that thou hast given him bread, and a sword, and hast enquired of God for him, that he should rise against me, to lie in wait, as at this day?

22:14 Then Ahimelech answered the king, and said, And who is so faithful among all thy servants as David, which is the king's son in law, and goeth at thy bidding, and is honourable in thine house?

22:15 Did I then begin to enquire of God for him? be it far from me: let not the king impute any thing unto his servant, nor to all the house of my father: for thy servant knew nothing of all this, less or more.

22:16 And the king said, Thou shalt surely die, Ahimelech, thou, and all thy father's house.

22:17 And the king said unto the footmen that stood about him, Turn, and slay the priests of the LORD: because their hand also is with David, and because they knew when he fled, and did not shew it to me. But the servants of the king would not put forth their hand to fall upon the priests of the LORD.

maneret in Gabaa et esset in nemore quod est in Rama hastam manu tenens cunctique socii eius circumstarent eum
22:7 ait ad seruos suos qui adsistebant ei audite filii Iemini numquid omnibus uobis dabit filius Isai agros et uineas et uniuersos uos faciet tribunos et centuriones 22:8 quoniam coniurastis omnes aduersum me et non est qui mihi renuntiet maxime cum et filius meus foedus iunxerit cum filio Isai non est qui uicem meam doleat ex uobis nec qui adnuntiet mihi eo quod suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me insidiantem mihi usque hodie 22:9 respondens autem Doeg Idumeus qui adsistebat et erat primus inter seruos Saul uidi inquit filium Isai in Nobe apud Ahimelech filium Achitob 22:10 qui consuluit pro eo Dominum et cibaria dedit ei sed et gladium Goliath Philisthei dedit illi 22:11 misit ergo rex ad accersiendum Ahimelech filium Achitob sacerdotem et omnem domum patris eius sacerdotum qui erant in Nobe qui uenerunt uniuersi ad regem 22:12 et ait Saul audi fili Achitob qui respondit praesto sum domine 22:13 dixitque ad eum Saul quare coniurastis aduersum me tu et filius Isai et dedisti ei panes et gladium et consuluisti pro eo Deum ut consurgeret aduersum me insidiator usque hodie permanens 22:14 respondensque Ahimelech regi ait et quis in omnibus seruis tuis sicut Dauid fidelis et gener regis et pergens ad imperium tuum et gloriosus in domo tua 22:15 num hodie coepi consulere pro eo Deum absit hoc a me ne suspicetur rex aduersus seruum suum rem huiusmodi in uniuersa domo patris mei non enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negotio uel modicum uel grande 22:16 dixitque rex morte morieris Ahimelech tu et omnis domus patris tui 22:17 et ait rex emissariis qui circumstabant eum conuertimini et interficite sacerdotes Domini nam manus eorum cum Dauid est scientes quod fugisset non indicauerunt mihi noluerunt autem serui regis extendere manum

Liber I Samuelis

suam in sacerdotes Domini 22:18 et ait rex Doec conuere-
tere tu et inrue in sacerdotes conuersusque Doec Idumeus
inruit in sacerdotes et trucidauit in die illa octoginta quinque
uiros uestitos ephod lineo 22:19 Nobe autem ciuitatem sa-
cerdotum percussit in ore gladii uiros et mulieres paruulos
et lactantes bouem et asinum et ouem in ore gladii 22:20
euadens autem unus filius Ahimelech filii Achitob cuius no-
men erat Abiathar fugit ad Dauid 22:21 et adnuntiauit ei
quod occidisset Saul sacerdotes Domini 22:22 et ait Dauid
ad Abiathar sciebam in die illa quod cum ibi esset Doec Idu-
meus procul dubio adnuntiaret Saul ego sum reus omnium
animarum patris tui 22:23 mane mecum ne timeas si quis
quaesierit animam meam quaeret et animam tuam mecum-
que seruaberis

23:1 et nuntiauerunt Dauid dicentes ecce Philisthim obpu-
gnant Ceila et diripiunt areas 23:2 consuluit igitur Dauid
Dominum dicens num uadam et percutiam Philistheos is-
tos et ait Dominus ad Dauid uade et percuties Philistheos
et saluabis Ceila 23:3 et dixerunt uiri qui erant cum Dauid
ad eum ecce nos hic in Iudaea consistentes timemus quanto
magis si ierimus in Ceila aduersum agmina Philisthinorum
23:4 rursum ergo Dauid consuluit Dominum qui respondens
ei ait surge et uade in Ceila ego enim tradam Philistheos in
manu tua 23:5 abiit Dauid et uiri eius in Ceila et pugnauit
aduersum Philistheos et abegit iumenta eorum et percussit
eos plaga magna et saluauit Dauid habitatores Ceilae 23:6
porro eo tempore quo fugiebat Abiathar filius Ahimelech ad
Dauid in Ceila ephod secum habens descenderat 23:7 nun-
tiatum est autem Saul quod uenisset Dauid in Ceila et ait
Saul tradidit eum Deus in manus meas conclususque est in-
trogressus urbem in qua portae et serae 23:8 et praecepit
Saul omni populo ut ad pugnam descenderet in Ceila et ob-
sideret Dauid et uiros eius 23:9 quod cum rescisset Dauid

22:18 And the king said to Doeg, Turn thou, and fall upon the priests. And Doeg the Edomite turned, and he fell upon the priests, and slew on that day fourscore and five persons that did wear a linen ephod.

22:19 And Nob, the city of the priests, smote he with the edge of the sword, both men and women, children and sucklings, and oxen, and asses, and sheep, with the edge of the sword.

22:20 And one of the sons of Ahimelech the son of Ahitub, named Abiathar, escaped, and fled after David.

22:21 And Abiathar shewed David that Saul had slain the LORD's priests.

22:22 And David said unto Abiathar, I knew it that day, when Doeg the Edomite was there, that he would surely tell Saul: I have occasioned the death of all the persons of thy father's house.

22:23 Abide thou with me, fear not: for he that seeketh my life seeketh thy life: but with me thou shalt be in safe-guard.

23:1 Then they told David, saying, Behold, the Philistines fight against Keilah, and they rob the threshingfloors.

23:2 Therefore David enquired of the LORD, saying, Shall I go and smite these Philistines? And the LORD said unto David, Go, and smite the Philistines, and save Keilah.

23:3 And David's men said unto him, Behold, we be afraid here in Judah: how much more then if we come to Keilah against the armies of the Philistines?

23:4 Then David enquired of the LORD yet again. And the LORD answered him and said, Arise, go down to Keilah; for I will deliver the Philistines into thine hand.

23:5 So David and his men went to Keilah, and fought with the Philistines, and brought away their cattle, and smote them with a great slaughter. So David saved the inhabitants of Keilah.

23:6 And it came to pass, when Abiathar the son of Ahimelech fled to David to Keilah, that he came down with an ephod in his hand.

23:7 And it was told Saul that David was come to Keilah. And Saul said, God hath delivered him into mine hand; for he is shut in, by entering into a town that hath gates and bars.

23:8 And Saul called all the people together to war, to go down to Keilah, to besiege David and his men.

23:9 And David knew that Saul secretly practised mischief against him; and he said to Abiathar the priest, Bring hither the ephod.

Biblia Sacra Vulgata

23:10 Then said David, O LORD God of Israel, thy servant hath certainly heard that Saul seeketh to come to Keilah, to destroy the city for my sake.

23:11 Will the men of Keilah deliver me up into his hand? will Saul come down, as thy servant hath heard? O LORD God of Israel, I beseech thee, tell thy servant. And the LORD said, He will come down.

23:12 Then said David, Will the men of Keilah deliver me and my men into the hand of Saul? And the LORD said, They will deliver thee up.

23:13 Then David and his men, which were about six hundred, arose and departed out of Keilah, and went whithersoever they could go. And it was told Saul that David was escaped from Keilah; and he forbore to go forth.

23:14 And David abode in the wilderness in strong holds, and remained in a mountain in the wilderness of Ziph. And Saul sought him every day, but God delivered him not into his hand.

23:15 And David saw that Saul was come out to seek his life: and David was in the wilderness of Ziph in a wood.

23:16 And Jonathan Saul's son arose, and went to David into the wood, and strengthened his hand in God.

23:17 And he said unto him, Fear not: for the hand of Saul my father shall not find thee; and thou shalt be king over Israel, and I shall be next unto thee; and that also Saul my father knoweth.

23:18 And they two made a covenant before the LORD; and David abode in the wood, and Jonathan went to his house.

23:19 Then came up the Ziphites to Saul to Gibeah, saying, Doth not David hide himself with us in strong holds in the wood, in the hill of Hachilah, which is on the south of Jeshimon?

23:20 Now therefore, O king, come down according to all the desire of thy soul to come down; and our part shall be to deliver him into the king's hand.

23:21 And Saul said, Blessed be ye of the LORD; for ye have compassion on me.

23:22 Go, I pray you, prepare yet, and know and see his place where his haunt is, and who hath seen him there: for it is told me that he dealeth very subtilly.

23:23 See therefore, and take knowledge of all the lurking places where he hideth himself, and come ye again to me with the certainty, and I will go with you: and it shall come to pass, if he be in the land, that I will search him out throughout all the thousands of Judah.

quia praepararet ei Saul clam malum dixit ad Abiathar sacerdotem adplica ephod 23:10 et ait Daudid Domine Deus Israhel audiuit famam seruus tuus quod disponat Saul uenire ad Ceila ut euertat urbem propter me 23:11 si tradent me uiri Ceila in manus eius et si descendet Saul sicut audiuit seruus tuus Domine Deus Israhel indica seruo tuo et ait Dominus descendet 23:12 dixitque Daudid si tradent uiri Ceilae me et uiros qui sunt mecum in manu Saul et dixit Dominus tradent 23:13 surrexit ergo Daudid et uiri eius quasi sescenti et egressi de Ceila huc atque illuc uagabantur incerti nuntiatumque est Saul quod fugisset Daudid de Ceila quam ob rem dissimulauit exire 23:14 morabatur autem Daudid in deserto in locis firmissimis mansitque in monte solitudinis Ziph quaerebat tamen eum Saul cunctis diebus et non tradidit eum Deus in manus eius 23:15 et uidit Daudid quod egressus esset Saul ut quaereret animam eius porro Daudid erat in deserto Ziph in silua 23:16 et surrexit Ionathan filius Saul et abiit ad Daudid in silua et confortauit manus eius in Deo dixitque ei 23:17 ne timeas neque enim inueniet te manus Saul patris mei et tu regnabis super Israhel et ego ero tibi secundus sed et Saul pater meus scit hoc 23:18 percussit igitur uterque foedus coram Domino mansitque Daudid in silua Ionathas autem reuersus est in domum suam 23:19 ascenderunt autem Ziphei ad Saul in Gabaa dicentes nonne Daudid latitat apud nos in locis tutissimis siluae in colle Achilae quae est ad dexteram deserti 23:20 nunc ergo sicut desiderauit anima tua ut descenderes descende nostrum autem erit ut tradamus eum in manus regis 23:21 dixitque Saul benedicti uos a Domino quia doluistis uicem meam 23:22 abite oro et diligentius praeparate et curiosius agite et considerate locum ubi sit pes eius uel quis uiderit eum ibi recogitat enim de me quod callide insidiet ei 23:23 considerate et uidete omnia latibula eius in quibus absconditur et reuertimini ad me ad

Liber I Samuelis

rem certam ut uadam uobiscum quod si etiam in terra se abstruserit perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda 23:24 at illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul Daudid autem et uiri eius erant in deserto Maon in campestribus ad dextram Iesimuth 23:25 iuit ergo Saul et socii eius ad quaerendum et nuntiatum est Daudid statimque descendit ad petram et uersabatur in deserto Maon quod cum audisset Saul persecutus est Daudid in deserto Maon 23:26 et ibat Saul ad latus montis ex parte una Daudid autem et uiri eius erant in latere montis ex parte altera porro Daudid desperabat se posse euadere a facie Saul itaque Saul et uiri eius in modum coronae cingebant Daudid et uiros eius ut caperent eos 23:27 et nuntius uenit ad Saul dicens festina et ueni quoniam infuderunt se Philisthim super terram 23:28 reuersus est ergo Saul desistens persequi Daudid et perrexit in occursum Philisthinorum propter hoc uocauerunt locum illum petram Diuidentem

24:1 ascendit ergo Daudid inde et habitauit in locis tutissimis Engaddi 24:2 cumque reuersus esset Saul postquam persecutus est Philistheos nuntiauerunt ei dicentes ecce Daudid in deserto est Engaddi 24:3 adsumens ergo Saul tria milia electorum uirorum ex omni Israhel perrexit ad inuestigandum Daudid et uiros eius etiam super abruptissimas petras quae solis hibicibus peruias sunt 24:4 et uenit ad caulas quoque ouium quae se offerebant uianti eratque ibi spelunca quam ingressus est Saul ut purgaret uentrem porro Daudid et uiri eius in interiori parte speluncae latebant 24:5 et dixerunt serui Daudid ad eum ecce dies de qua locutus est Dominus ad te ego tradam tibi inimicum tuum ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis surrexit ergo Daudid et praecidit oram clamydis Saul silenter 24:6 post haec percussit cor suum Daudid eo quod abscidisset oram clamydis Saul 24:7 dixitque ad uiros suos propitius mihi sit Dominus ne faciam hanc rem domino meo christo Domini ut mittam manum meam in

23:24 And they arose, and went to Ziph before Saul: but David and his men were in the wilderness of Maon, in the plain on the south of Jeshimon.

23:25 Saul also and his men went to seek him. And they told David: wherefore he came down into a rock, and abode in the wilderness of Maon. And when Saul heard that, he pursued after David in the wilderness of Maon.

23:26 And Saul went on this side of the mountain, and David and his men on that side of the mountain: and David made haste to get away for fear of Saul; for Saul and his men compassed David and his men round about to take them.

23:27 But there came a messenger unto Saul, saying, Haste thee, and come; for the Philistines have invaded the land.

23:28 Wherefore Saul returned from pursuing after David, and went against the Philistines: therefore they called that place Selahamleheth.

24:1 And David went up from thence, and dwelt in strong holds at Engedi.

24:2 And it came to pass, when Saul was returned from following the Philistines, that it was told him, saying, Behold, David is in the wilderness of Engedi.

24:3 Then Saul took three thousand chosen men out of all Israel, and went to seek David and his men upon the rocks of the wild goats.

24:4 And he came to the sheepcotes by the way, where was a cave; and Saul went in to cover his feet: and David and his men remained in the sides of the cave.

24:5 And the men of David said unto him, Behold the day of which the LORD said unto thee, Behold, I will deliver thine enemy into thine hand, that thou mayest do to him as it shall seem good unto thee. Then David arose, and cut off the skirt of Saul's robe privily.

24:6 And it came to pass afterward, that David's heart smote him, because he had cut off Saul's skirt.

24:7 And he said unto his men, The LORD forbid that I should do this thing unto my master, the LORD's anointed, to stretch forth mine hand against him, seeing he is the anointed of the LORD.

Biblia Sacra Vulgata

24:8 So David stayed his servants with these words, and suffered them not to rise against Saul. But Saul rose up out of the cave, and went on his way.

24:9 David also arose afterward, and went out of the cave, and cried after Saul, saying, My lord the king. And when Saul looked behind him, David stooped with his face to the earth, and bowed himself.

24:10 And David said to Saul, Wherefore hearest thou men's words, saying, Behold, David seeketh thy hurt?

24:11 Behold, this day thine eyes have seen how that the LORD had delivered thee to day into mine hand in the cave: and some bade me kill thee: but mine eye spared thee; and I said, I will not put forth mine hand against my lord: for he is the LORD's anointed.

24:12 Moreover, my father, see, yea, see the skirt of thy robe in my hand: for in that I cut off the skirt of thy robe, and killed thee not, know thou and see that there is neither evil nor transgression in mine hand, and I have not sinned against thee; yet thou huntest my soul to take it.

24:13 The LORD judge between me and thee, and the LORD avenge me of thee: but mine hand shall not be upon thee.

24:14 As saith the proverb of the ancients, Wickedness proceedeth from the wicked: but mine hand shall not be upon thee.

24:15 After whom is the king of Israel come out? after whom dost thou pursue? after a dead dog, after a flea.

24:16 The LORD therefore be judge, and judge between me and thee, and see, and plead my cause, and deliver me out of thine hand.

24:17 And it came to pass, when David had made an end of speaking these words unto Saul, that Saul said, Is this thy voice, my son David? And Saul lifted up his voice, and wept.

24:18 And he said to David, Thou art more righteous than I: for thou hast rewarded me good, whereas I have rewarded thee evil.

24:19 And thou hast shewed this day how that thou hast dealt well with me: forasmuch as when the LORD had delivered me into thine hand, thou killedst me not.

24:20 For if a man find his enemy, will he let him go well away? wherefore the LORD reward thee good for that thou hast done unto me this day.

24:21 And now, behold, I know well that thou shalt surely be king, and that the kingdom of Israel shall be established in thine hand.

eum quoniam christus Domini est 24:8 et confregit Dauid uiros suos sermonibus et non permisit eos ut consurgerent in Saul porro Saul exsurgens de spelunca pergebat coepto itinere 24:9 surrexit autem et Dauid post eum et egressus de spelunca clamauit post tergum Saul dicens domine mi rex et respexit Saul post se et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit 24:10 dixitque ad Saul quare audis uerba hominum loquentium Dauid quaerit malum aduersum te 24:11 ecce hodie uiderunt oculi tui quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca et cogitauit ut occiderem te sed pepercit tibi oculus meus dixi enim non extendam manum meam in domino meo quia christus Domini est 24:12 quin potius pater mi uide et cognosce oram clamidis tuae in manu mea quoniam cum praeciderem summitatem clamidis tuae nolui extendere manum meam in te animaduerte et uide quoniam non est in manu mea malum neque iniquitas neque peccauit in te tu autem insidiaris animae meae ut auferas eam 24:13 iudicet Dominus inter me et te et ulciscatur me Dominus ex te manus autem mea non sit in te 24:14 sicut et in prouerbio antiquo dicitur ab impiis egredietur impietas manus ergo mea non sit in te 24:15 quem sequeris rex Israhel quem persequeris canem mortuum sequeris et pulicem unum 24:16 sit Dominus iudex et iudicet inter me et te et uideat et diiudicet causam meam et eruat me de manu tua 24:17 cum autem conplesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul dixit Saul numquid uox haec tua est fili mi Dauid et leuauit Saul uocem suam et fleuit 24:18 dixitque ad Dauid iustior tu es quam ego tu enim tribuisti mihi bona ego autem reddidi tibi mala 24:19 et tu indicasti hodie quae feceris mihi bona quomodo tradiderit me Dominus in manu tua et non occideris me 24:20 quis enim cum inuenerit inimicum suum dimittet eum in uia bona sed Dominus reddat tibi uicisitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me 24:21

Liber I Samuelis

et nunc quia scio quod certissime regnatus sis et habiturus in manu tua regnum Israhel 24:22 iura mihi in Domino ne deleas semen meum post me neque auferas nomen meum de domo patris mei 24:23 et iuravit Daud Sauli abiit ergo Saul in domum suam et Daud et uiri eius ascenderunt ad tutiora loca

24:22 Swear now therefore unto me by the LORD, that thou wilt not cut off my seed after me, and that thou wilt not destroy my name out of my father's house.

24:23 And David sware unto Saul. And Saul went home; but David and his men gat them up unto the hold.

25:1 mortuus est autem Samuhel et congregatus est uniuersus Israhel et planxerunt eum et sepelierunt in domo sua in Rama consurgensque Daud descendit in desertum Pharan 25:2 erat autem uir quispiam in solitudine Maon et possessio eius in Carmelo et homo ille magnus nimis erantque ei oues tria milia et mille caprae et accidit ut tonderetur grex eius in Carmelo 25:3 nomen autem uiri illius erat Nabal et nomen uxoris eius Abigail eratque mulier illa prudentissima et speciosa porro uir eius durus et pessimus et malitiosus erat autem de genere Chaleb 25:4 cum ergo audisset Daud in deserto quod tonderet Nabal gregem suum 25:5 misit decem iuuenes et dixit eis ascendite in Carmelum et uenietis ad Nabal et salutabitis eum ex nomine meo pacifice 25:6 et dicetis sic fratribus meis et tibi pax et domui tuae pax et omnibus quaecumque habes sit pax 25:7 audiui quod tonderent pastores tui qui erant nobiscum in deserto numquam eis molesti fuimus nec aliquando defuit eis quicquam de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo 25:8 interroga pueros tuos et indicabunt tibi nunc ergo inueniant pueri gratiam in oculis tuis in die enim bona uenimus quodcumque inuenerit manus tua da seruis tuis et filio tuo Daud 25:9 cumque uenissent pueri Daud locuti sunt ad Nabal omnia uerba haec ex nomine Daud et siluerunt 25:10 respondens autem Nabal pueris Daud ait quis est Daud et quis est filius Isai hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos 25:11 tollam ergo panes meos et aquas meas et carnes pecorum quae occidi tonsoribus meis et dabo ui-

25:1 And Samuel died; and all the Israelites were gathered together, and lamented him, and buried him in his house at Ramah. And David arose, and went down to the wilderness of Paran.

25:2 And there was a man in Maon, whose possessions were in Carmel; and the man was very great, and he had three thousand sheep, and a thousand goats: and he was shearing his sheep in Carmel.

25:3 Now the name of the man was Nabal; and the name of his wife Abigail: and she was a woman of good understanding, and of a beautiful countenance: but the man was churlish and evil in his doings; and he was of the house of Caleb.

25:4 And David heard in the wilderness that Nabal did shear his sheep.

25:5 And David sent out ten young men, and David said unto the young men, Get you up to Carmel, and go to Nabal, and greet him in my name:

25:6 And thus shall ye say to him that liveth in prosperity, Peace be both to thee, and peace be to thine house, and peace be unto all that thou hast.

25:7 And now I have heard that thou hast shearers: now thy shepherds which were with us, we hurt them not, neither was there ought missing unto them, all the while they were in Carmel.

25:8 Ask thy young men, and they will shew thee. Wherefore let the young men find favour in thine eyes: for we come in a good day; give, I pray thee, whatsoever cometh to thine hand unto thy servants, and to thy son David.

25:9 And when David's young men came, they spake to Nabal according to all those words in the name of David, and ceased.

25:10 And Nabal answered David's servants, and said, Who is David? and who is the son of Jesse? there be many servants now a days that break away every man from his master.

25:11 Shall I then take my bread, and my water, and my flesh that I have killed for my shearers, and give it unto men, whom I know not whence they be?

Biblia Sacra Vulgata

25:12 So David's young men turned their way, and went again, and came and told him all those sayings.

25:13 And David said unto his men, Gird ye on every man his sword. And they girded on every man his sword; and David also girded on his sword: and there went up after David about four hundred men; and two hundred abode by the stuff.

25:14 But one of the young men told Abigail, Nabal's wife, saying, Behold, David sent messengers out of the wilderness to salute our master; and he railed on them.

25:15 But the men were very good unto us, and we were not hurt, neither missed we any thing, as long as we were conversant with them, when we were in the fields:

25:16 They were a wall unto us both by night and day, all the while we were with them keeping the sheep.

25:17 Now therefore know and consider what thou wilt do; for evil is determined against our master, and against all his household: for he is such a son of Belial, that a man cannot speak to him.

25:18 Then Abigail made haste, and took two hundred loaves, and two bottles of wine, and five sheep ready dressed, and five measures of parched corn, and an hundred clusters of raisins, and two hundred cakes of figs, and laid them on asses.

25:19 And she said unto her servants, Go on before me; behold, I come after you. But she told not her husband Nabal.

25:20 And it was so, as she rode on the ass, that she came down by the covert on the hill, and, behold, David and his men came down against her; and she met them.

25:21 Now David had said, Surely in vain have I kept all that this fellow hath in the wilderness, so that nothing was missed of all that pertained unto him: and he hath requited me evil for good.

25:22 So and more also do God unto the enemies of David, if I leave of all that pertain to him by the morning light any that pisseth against the wall.

25:23 And when Abigail saw David, she hasted, and lighted off the ass, and fell before David on her face, and bowed herself to the ground,

25:24 And fell at his feet, and said, Upon me, my lord, upon me let this iniquity be: and let thine handmaid, I pray thee, speak in thine audience, and hear the words of thine handmaid.

ris quos nescio unde sint 25:12 regressi sunt itaque pueri Daudid per uiam suam et reuersi uenerunt et nuntiauerunt ei omnia uerba quae dixerat 25:13 tunc Daudid ait uiris suis accingatur unusquisque gladio suo et accincti sunt singuli gladio suo accinctusque est et Daudid ense suo et secuti sunt Daudid quasi quadringenti uiri porro ducenti remanserunt ad sarcinas 25:14 Abigail autem uxori Nabal nuntiauit unus de pueris dicens ecce misit Daudid nuntios de deserto ut benedicerent domino nostro et auersus est eos 25:15 homines isti boni satis fuerunt nobis et non molesti nec quicquam aliquando periit omni tempore quo sumus conuersati cum eis in deserto 25:16 pro muro erant nobis tam in nocte quam in die omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges 25:17 quam ob rem considera et recogita quid facias quoniam completa est malitia aduersum uirum tuum et aduersum domum tuam et ipse filius est Belial ita ut nemo ei possit loqui 25:18 festinauit igitur Abigail et tulit ducentos panes et duos utres uini et quinque arietes coctos et quinque sata pulentae et centum ligaturas uuae passae et ducentas massas caricarum et inposuit super asinos 25:19 dixitque pueris suis praecedite me ecce ego post tergum sequar uos uiro autem suo Nabal non indicauit 25:20 cum ergo ascendisset asinum et descenderet ad radices montis Daudid et uiri eius descendebant in occursum eius quibus et illa occurrit 25:21 et ait Daudid uere frustra seruauit omnia quae huius erant in deserto et non periit quicquam de cunctis quae ad eum pertinebant et reddidit mihi malum pro bono 25:22 haec faciat Deus inimicis Daudid et haec addat si reliquero de omnibus quae ad eum pertinent usque mane mingentem ad parietem 25:23 cum autem uidisset Abigail Daudid festinauit et descendit de asino et procidit coram Daudid super faciem suam et adorauit super terram 25:24 et cecidit ad pedes eius et dixit in me sit domine mi haec iniquitas loquatur obsecro ancilla tua in auri-

Liber I Samuelis

bus tuis et audi uerba famulae tuae 25:25 ne ponat oro dominus meus rex cor suum super uirum istum iniquum Nabal quia secundum nomen suum stultus est et est stultitia cum eo ego autem ancilla tua non uidi pueros tuos domine mi quos misisti 25:26 nunc ergo domine mi uiuit Dominus et uiuit anima tua qui prohibuit te ne uenires in sanguine et saluauit manum tuam tibi et nunc fiant sicut Nabal inimici tui et qui quaerunt domino meo malum 25:27 quapropter suscipe benedictionem hanc quam adtulit ancilla tua tibi domino meo et da pueris qui sequuntur te dominum meum 25:28 aufer iniquitatem famulae tuae faciens enim faciet tibi Dominus domino meo domum fidelem quia proelia Domini domine mi tu proelialis malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus uitae tuae 25:29 si enim surrexerit aliquando homo persequens te et quaerens animam tuam erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo uiuentium apud Dominum Deum tuum porro anima inimicorum tuorum rotabitur quasi in impetu et circulo fundae 25:30 cum ergo fecerit tibi Dominus domino meo omnia quae locutus est bona de te et constituerit te ducem super Israhel 25:31 non erit tibi hoc in singultum et in scrupulum cordis domino meo quod effuderis sanguinem innoxium aut ipse te ultus fueris et cum benefecerit Dominus domino meo recordaberis ancillae tuae 25:32 et ait Dauid ad Abigail benedictus Dominus Deus Israhel qui misit te hodie in occursum meum et benedictum eloquium tuum 25:33 et benedicta tu quae prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem et ulciscerer me manu mea 25:34 alioquin uiuit Dominus Deus Israhel qui prohibuit me malum facere tibi nisi cito uenisses in occursum mihi non remansisset Nabal usque ad lucem matutinam mingens ad parietem 25:35 suscepit ergo Dauid de manu eius omnia quae adtulerat ei dixitque ei uade pacifice in domum tuam ecce audiui uocem tuam et honorauit faciem tuam

25:25 Let not my lord, I pray thee, regard this man of Be-lial, even Nabal: for as his name is, so is he; Nabal is his name, and folly is with him: but I thine handmaid saw not the young men of my lord, whom thou didst send.

25:26 Now therefore, my lord, as the LORD liueth, and as thy soul liueth, seeing the LORD hath withholden thee from coming to shed blood, and from avenging thyself with thine own hand, now let thine enemies, and they that seek evil to my lord, be as Nabal.

25:27 And now this blessing which thine handmaid hath brought unto my lord, let it even be given unto the young men that follow my lord.

25:28 I pray thee, forgive the trespass of thine handmaid: for the LORD will certainly make my lord a sure house; because my lord fighteth the battles of the LORD, and evil hath not been found in thee all thy days.

25:29 Yet a man is risen to pursue thee, and to seek thy soul: but the soul of my lord shall be bound in the bundle of life with the LORD thy God; and the souls of thine enemies, them shall he sling out, as out of the middle of a sling.

25:30 And it shall come to pass, when the LORD shall have done to my lord according to all the good that he hath spoken concerning thee, and shall have appointed thee ruler over Israhel;

25:31 That this shall be no grief unto thee, nor offence of heart unto my lord, either that thou hast shed blood causeless, or that my lord hath avenged himself: but when the LORD shall have dealt well with my lord, then remember thine handmaid.

25:32 And David said to Abigail, Blessed be the LORD God of Israhel, which sent thee this day to meet me:

25:33 And blessed be thy advice, and blessed be thou, which hast kept me this day from coming to shed blood, and from avenging myself with mine own hand.

25:34 For in very deed, as the LORD God of Israhel liueth, which hath kept me back from hurting thee, except thou hadst hastened and come to meet me, surely there had not been left unto Nabal by the morning light any that pisseth against the wall.

25:35 So David received of her hand that which she had brought him, and said unto her, Go up in peace to thine house; see, I have hearkened to thy voice, and have accepted thy person.

Biblia Sacra Vulgata

25:36 And Abigail came to Nabal; and, behold, he held a feast in his house, like the feast of a king; and Nabal's heart was merry within him, for he was very drunken: wherefore she told him nothing, less or more, until the morning light.

25:37 But it came to pass in the morning, when the wine was gone out of Nabal, and his wife had told him these things, that his heart died within him, and he became as a stone.

25:38 And it came to pass about ten days after, that the LORD smote Nabal, that he died.

25:39 And when David heard that Nabal was dead, he said, Blessed be the LORD, that hath pleaded the cause of my reproach from the hand of Nabal, and hath kept his servant from evil: for the LORD hath returned the wickedness of Nabal upon his own head. And David sent and communed with Abigail, to take her to him to wife.

25:40 And when the servants of David were come to Abigail to Carmel, they spake unto her, saying, David sent us unto thee, to take thee to him to wife.

25:41 And she arose, and bowed herself on her face to the earth, and said, Behold, let thine handmaid be a servant to wash the feet of the servants of my lord.

25:42 And Abigail hasted, and arose and rode upon an ass, with five damsels of hers that went after her; and she went after the messengers of David, and became his wife.

25:43 David also took Ahinoam of Jezreel; and they were also both of them his wives.

25:44 But Saul had given Michal his daughter, David's wife, to Phalti the son of Laish, which was of Gallim.

26:1 And the Ziphites came unto Saul to Gibeah, saying, Doth not David hide himself in the hill of Hachilah, which is before Jeshimon?

26:2 Then Saul arose, and went down to the wilderness of Ziph, having three thousand chosen men of Israel with him, to seek David in the wilderness of Ziph.

26:3 And Saul pitched in the hill of Hachilah, which is before Jeshimon, by the way. But David abode in the wilderness, and he saw that Saul came after him into the wilderness.

26:4 David therefore sent out spies, and understood that Saul was come in very deed.

26:5 And David arose, and came to the place where Saul had pitched: and David beheld the place where Saul lay, and Abner the son of Ner, the captain of his host: and Saul lay in the trench, and the people pitched round about him.

